# Sermo

## Sermo.lxxij.

**Dilectus meus** mihi: ⁊ ego illi. qui pascitur inter lilia: donec aspiret dies ⁊ inclinentur vmbre. Nouissima tm̄ capituli huius tractanda ps est. ⁊ dubito in ipo ingressu cui nā potissimū eā iungam duaꝝ precedētiū. Nā possuȝ indifferēter vtriqȝ. Siue enim dicas. dilectus meꝰ mihi: ⁊ ego illi: donec aspiret dies: ⁊ inclinētur vmbre. interposito tm̄ qui pascit̄ inter lilia. siue ꝑ littere seriē. qui pascit̄ iter lilia: donec aspiret dies: ⁊ inclinent̄ vmbre. nō incōueniēter vtrouis assignas. Hoc sane refert ꝙ donec si primo iunxeris: inclusiuū oportet itelligas. si medio exclusiuū sentias necesse est. Esto nempe ꝙ dedignat̄ spōsus pasci iam inter lilia vbi aspirauerit dies. nūquid similiter cessabit etiā sponse intēdere aut ipsa illi? Absit: In eternū ꝑseuerabūt sibi. nisi ꝙ tūc felicius cū vehementiꝰ. tūc vehemētius cū expeditius. Sit ergo tale hoc donec: quale est illud apud Matheum. vbi narrat̄ nō cognouisse Mariā ioseph: donec peperit filiū suū ꝑmogenitū. Non ei pꝰ cognouit. Vel certe quale est illud in psalmo. oculi nostri ad dn̄m deum nostrū: donec misereat̄ nostri. Non enim auertētur cū ceperit misereri. Vl' q̄le item illud dn̄i ad apostolos. Ecce ego vobiscū sum vsqȝ ad ꝯsummationē seculi. Nō enī post nō erit cum illis. Verū hoc ita: si donec referas ad dilectus meus mihi et ego illi. Si autē ad qui pascit̄ inter lilia respicere malis. erit alio sensu accipiēdū. Porro operosiꝰ ostendet̄. quomodo tunc dilectus pasci desinat cum aspirauerit dies. Etenim si dies resurrectōnis is est. quid ni multo magis pasci ibi inter lilia iuuet. vbi hoꝝ maior admodū copia erit? Et ꝑoptanda quidē littere cōsequentia hec dicta sint. Nūc iam aduerte mecū: toto licet liliјs fulgentibꝫ regno sponsoqȝ medio existente ⁊ delitiāte: nō tamen esse ꝙ dicat̄ et pasci. iuxta id quidē quod ante consueuerat. Vbi nāqȝ iam peccatores quos sibi icorporet christꝰ mansos morsosqȝ quasi q̄busdā dentibꝫ discipline austerioris. afflictione scȝ carnis ⁊ cordis contritōe? Sȝ neqȝ cibum sibi iā exiget verbuȝ sponsus ex aliquibꝫ factis seu operibꝫ obedientie. vbi omne negociū ociū. soloqȝ in intuitu ⁊ affectu res erit. Et quidē cibus eius vt faciat voluntatē filius vnigenitus patris sui. sed hic: nō ibi. Quid enī faciat? factaȝ ⁊ perfectā tūc esse constat. Deniqȝ probare iam tūc est omnibꝫ sanctis que sit volūtas dei bona ⁊ beneplacēs ⁊ perfecta. Et certe post perfectuȝ: faciendū supest nihil. Frui de cetero restat: non fieri. experiri: nō operari. ea viuere: nō exerceri in ea. Nōne ipsa est quā instantissima: prece docti quidem a domino: sicut in celo ita ⁊ in terra ꝑfici postulamꝰ: quo eius iam delectet fructus: actus nō fatiget. Non erit itaqȝ spōso verbo operis cibꝫ. quia cesset necesse est omē opus vbi pleniꝰ ab vniuersis percipitur sapiētia. Nā qui minorātur actu: ꝑcipiunt eā ¶ Sed videamus nūc si quod dicimus stare possit. ⁊ ꝭm illā sentētiam q̄ pasci inter lilia (candidatu virtutuȝ oblectari) quidā interꝑtantur. Nā ⁊ nos ipaȝ inter ceteras nō preteriuimꝰ. Dicemꝰ nec aut nō fore: aut sponso minime sape tunc virtutes? Et quidē sentire alterutrū demētie. Sed vide ne forte alias illis delectet̄. nam ꝯstat delectari: sed forsitan potu magis q̄ȝ pastu. Sane in tempe ⁊ corpe isto nulla nostra virtus ita ad puruȝ defecata erit. nulla ita suauis ⁊ mera: vt sponso abilis sit ad potandū. Sed qui vult omnes homines saluos fieri: dissimulat multa. et quā non potest potandi interim facilitate glutire: curat ex ea vel quippiā elicere sapidum: quasi arte quadā ⁊ quodā labore mandendi. Erit cū erit virtus colabilis. nec ꝑmetur dente. nec fatigabit̄ a mādente. Vel potius non fatigabit mandētem: que bibentē absqȝ opera delectabit. tanq̄ȝ vtiqȝ potus nō esca. Deniqȝ habes spondentē in euangelio. quia non bibā de hoc genimine vitis (inquit) donec bibaȝ illud nouū vobiscū in regno patris mei. Et de cibo nulla mentio est. Sed apud ꝓphetā quoqȝ legitur. tanq̄ȝ potens crapulatus a vino. De cibo aūt nihil ibi penitus inuenitur. Sponsa ergo conscia mysterij huius. cū dilectū pasci inter lilia comperisset ac perhibuisset: cōstituit terminū quo ad id dignaretur: immo cōstitutū agnouit ⁊ perhibuit dicens. donec aspiret dies: ⁊ inclinētur vmbre. Sciebat enī virtutibus cum postea potandū potius q̄ȝ pascēdū.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-317/0214
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt